n:25.

VIRO MAGNIFICO, ILLVSTRI,

PHIL. FRIDERIC. MECKEL,

MEDIC. DOCTOR. AC PROFESS. PVBL. ORDINAR.,

CIRCVL. SALIC. PHYSICO ETC.,

CVM FASCES ACADEMICOS OBTINERET,

GRATVLABVNDVS,

CLAVDII GALENI

TRACTATVM

DE OPTIMO MEDICO, PHILOSOPHO

GRAECE ET LATINE RECVDI

CVRAVIT

KVRT SPRENGEL,

MED. DOCT.


— — — — — — Ἦ μεγάλα χάρις
δώρῳ ξὺν ὀλίγῳ· πάντα δὲ τιμᾶντα τὰ πὰρ φίλων.

Theocrit. Id. 28.

HALAE

LITERIS I. C. HENDELII.

MDCCLXXXVIII.



Cum practicis laboribus, iisque officiis, quae medicinae Hippocraticae praestantiam magis magisque explicandam atque divulgandam complectebantur, aut omnino aut magna ex parte essem aliquando liberatus, retuli me, vir optime et summe, ad humaniores disciplinas atque ad linguae, veterum (si discesseris ab Arabica) certe locupletissimae, et omnium, quotquot vsu receptae fuerunt vnquam, suauissimae, *Graecae* inquam studium, quod retentum animo, remissum temporibus, longo interuallo intermissum, tandem reuocaui. Ea enim fuit ab ineunte aetate ratio studiorum meorum, quorum incunabula in agro quodam mari balthico adiacenti fuerunt, vt puerilis, iuuenilisque vitae omnis industria vigilandique labor in linguis, quas vocant, eruditis addiscendis expromeretur: quarum unica tantum adeo mihi placuit, ut omnes ingenii vires ad eamdem profunderem.

Neque commoda defuerunt, quae ex iftius modi conatibus in uniuerfum ftudiorum meorum genus promanarent; mox enim percepi, luculenterque fenfi, nec ingenii vires, nec intellectus acumen, nec animi ceteras dotes alio ftudiorum fere vllo genere magis acui atque promoueri quam Graecis literis. Praecipue autem, quin eiusdem prorfus fententiae fim cum celeberrimis et veteribus et noftris medicis, penes quos artis noftrae principatus effe videtur, haud plane poffum cohiberi, qui finguli omnesque in magno negotio habuerunt, et literarum Graecarum et Hippocraticorum monumentorum ftudium, tanquam medicum faciens et ornans, laudare atque amplificare. Hinc in eo totus fui, fimul ac arti medicae effem initiatus, vt in medicinae veteris luminibus quamplurimum olei confumerem: filuerunt interea Mufae Graecae: delituerunt in pluteis deliciae meae, *Plato*, *Ariftoteles*, *Xenophon*, *Thucydides*, *Plutarchus*, *Lucianus*: *Pindarus*, *Theocritus*, *Sophocles*, *Euripides*, cum aliis: donec otii aliquid nactus male refocillatae veteri amicitiae aliquando follemne iterum dicere poffem facramentum.

Renouati itaque ftudii recentes fructus fuere tractatus quidam de *differentia*, *quae inter Pythagoraeorum veterum et Neoplatonicorum numeros dominatur*; *de philofophia Heracliti Ephefii*: ac demum *de voce πνεῦμα θολερὸν Hippocratis*,

quos,

quos, ante aliquot menſes conſcriptos, diu reſeruabo, donec politius limati apparere poterunt. Deinde opellam hancdem, TIBI, ampliſſime vir, oblatam, curatius deſcriptam, translatam, dignam iudicaui, quae a pleriſque et medicinae cultoribus et medicis ipſis iterum iterumque legeretur: continet enim multa eaque grauioris momenti propoſita et conſilia, quae merito ab omnibus, quicumque medicae arti operam dant, maturius eſſent reputanda.

Multum diuque mecum cogitaui, quid de philoſophiae cum medicina iuſto atque optimo connubio ſit iudicandum, donec Galeni hicdem tractatus mihi occurrit, qui, mirum, quanta grauitate, quanta rei cognitione, quantaque eruditione ſit conſcriptus: hic enim et ad rite excolendam theoriam medicam, et ad exercendam iuſto modo praxin et ad coniunctionem virtutum cuius libet generis cum laboribus medicis maxime reſpicitur. Nonne itaque is medicus erit philoſophus, qui theoriam ſuam auxiliariis quam plurimis ſcientiis atque artibus exornauit, qui ad exercendam praxin ſecum adfert et theoriae diuitias et animi virtutes eas, quae ex practica philoſophia redundant? qui denique in rebus, non in verbis eſſe philoſophiam cum *Seneca* credit? –

Maiori itaque cum iure nemini me poſſe offerre *philoſophi medici* hancdem imaginem plane perſuaſum habeo, quam TIBI,

vir

vir, cui prae omnibus medicis maxime id *Homericum* epitheton, ἰσόθεος φῶς conuenit; de cuius eruditione, animi virtutibus christianis atque ineffabili humanitate plura addere modeſtia vetat. – Cum autem maxime in me, quem amico ſemper complectebaris animo, eum TE metipſum praebueris, vt ad cultoris obſeruantiam, ad amici amorem etiam filii pietas accederet, non potui, quin hodierna die, vbi faſces academici ad TE deferuntur, publice et TIBI et maxime academiae noſtrae gratuler. Summum autem numen ſupplicibus ſemper precibus adgrediar, vt ſaluum TE incolumemque in longam annorum ſeriem ſeruet, neque, priusquam ſenio iucundo confectus ſatietate viuendi expleueris naturam, ex viuis tollat. Faxit Deus omnipotens, vt eorum omnium benedictiones, quibus aegris ſanitatem, moeſtis laetitiam, infelicibus proſperitatem, rudibus eruditionem, orbitatem timentibus liberos, parentes, coniuges reddidiſti, – vberrime in TE accumulentur: faxit hominum rerumque repertor, huiusque vniuerſi ſtator moderatorque, vt et TIBI aliquando vel ex parte ea me remuneraturum ſperare poſſim, quae in me contuliſti.

Vale, Vir Magnifice, Illuſtris, fautor atque amice in aeternum colende! D. XII IVL. CIↃIↃCCLXXXVIII.



CLAV-

CLAVDII GALENI PERGAMENI

TRACTATVS

DE

OPTIMO MEDICO, PHILOSOPHO.

Οἷόν τι πεπόνθασιν οἱ πολλοὶ τῶν ἀθλητῶν, ἐπιθυμοῦντες μὲν Ὀλυμπιονῖκαι γενέσθαι, μηδὲν δὲ πράττειν, ὡς τούτου τυχεῖν, ἐπιτηδεύοντες, τοιοῦτόν τι καὶ τοῖς πολλοῖς τῶν ἰατρῶν συμβέβηκεν. Ἐπαινοῦσι μὲν γὰρ Ἱπποκράτην, καὶ πρῶτον ἁπάντων ἡγοῦνται, γενέσθαι δὲ αὐτοὺς ἐν ὁμοίοις ἐκείνῳ, πάντα μᾶλλον, ἢ τοῦτο πράττουσι. Ὁ μὲν γὰρ οὐ μικρὰν μοῖραν εἰς Ἰατρικὴν φησὶ συμβάλλεσθαι τὴν Ἀστρονομίαν, καὶ δηλονότι τὴν ταύτην ἡγεμένην ἐξ ἀνάγκης Γεωμετρίαν. οἱ δ' οὐ μόνον αὐτοὶ μετέρχονται τούτων οὐδέτερον, ἀλλὰ καὶ τοῖς μετιοῦσι μέμφονται. Καὶ μὲν δὴ καὶ φύσιν σώματος ὁ μὲν ἀκριβῶς ἀξιοῖ γιγνώσκειν, ἀρχὴν εἶναι φάσκων αὐτὴν τοῦ κατ' Ἰατρικὴν λόγου παντός, οἱ δ' οὕτω καὶ πε-

Quali modo afficitur athletarum copia, cupientes quidem Olympicorum victores fieri, neque quidquam moliri, vt id consequantur, satagentes, tale quid quoque accidit multis medicis. Laudant enim quidem Hippocratem, omnium (Medicorum) primum ducentes; quo fiant autem inter similes eius, omnia potius, quam id agunt. Namque, haud exiguam quidem partem ad Medicinam, ille ait, Astronomiam tribuere, ac omnino necessario hanc praecedentem Geometriam: ii vero non solum ipsi harum neutri operam dant, verum etiam dantes vituperant. Praeterea quoque ille quidem naturam corporis accurate cognoscendam praecipit, totius Medicae disciplinae principium eamdem statuens: illi vero ità hisce re-

περὶ τούτων σπουδάζουσι, ὥς οὐ μόνον ἑκάστου τῶν μορίων οὐσίαν, ἢ πλοκὴν, ἢ διάπλασιν, ἢ μέγεθος, ἢ τὴν πρὸς τὰ παρακείμενα κοινωνίαν, ἀλλ' οὐδὲ τὴν θέσιν ἐπίστανται. Καὶ μένγε ὥς ἐκ τοῦ μὴ γιγνώσκειν κατ' ἔιδη τε καὶ γένη διαιρεῖσθαι τὰ νοσήματα, συμβαίνει τοῖς ἰατροῖς ἁμαρτάνειν τῶν θεραπευτικῶν σκοπῶν, Ἱπποκράτη μεν' ἔιρηται, προτρέποντι τὴν λογικὴν ἡμᾶς ἐξασκεῖν θεωρίαν. ὁι δὲ νῦν ἰατροὶ τοσοῦτον ἀποδέουσιν ἠσκῆσθαι κατ' ἀυτὴν, ὥστε καὶ τοῖς ἀσκοῦσιν, ὡς ἄχρηστα μεταχειριζομένοις, ἐγκαλοῦσιν. Οὕτω δὲ καὶ, τοῦ προγιγνώσκειν τε τὰ προγεγονότα καὶ τὰ παρόντα καὶ τὰ μέλλοντα γενήσεσθαι τῷ κάμνοντι νοσήματα, πολλὴν χρῆναι πεποιῆσθαι πρόνοιαν, Ἱπποκράτης Φησίν. ὁι δὲ καὶ περὶ τοῦτο τὸ μέρος τῆς Τέχνης ἐπὶ τοσοῦτον ἐσπουδάκασιν, ὥστ' ἔι τις αἱμορραγίαν, ἢ ἱδρῶτα προείπῃ, γόητά τε καὶ παράδοξόλογον ἀποκαλοῦσιν. Σχολῇ γ' ἀν' οὗτοι τ' ἄλλα προλέγοντος τινὸς ἀνάσχοιντο. σχολῇ δ' ἀν ποτε, τῆς διαίτης τὸ σχῆμα πρὸς τὴν μέλλουσαν ἔσεσθαι τοῦ νοσήματος ἀκ-

μὴν

rebus ſtudent, vt neque partis cuius libet ſubſtantiam, aut formationem, aut fabricationem, aut magnitudinem, aut cum adiacentibus nexum, ſed ne ſitum quidem cognoſcant. Inſuper etiam, quod per genera ſpecieſque ignota ſit morborum diuiſio, iccirco medicis a curandi ſcopis aberrare continget, (vt) aſſerit Hippocrates, adhortans nos ad rationalem theoriam: noſtrae vero aetatis medici ab eiusmodi exercitationibus alieni ſunt, vt eos etiam, qui in ea re ſeſe exercent, quaſi inutilia tentantes, reprehendant. Tali modo etiam ad praeuiſionem morborum in affecto vel praeteritorum vel praeſentium vel futurorum, multam nobis parari oportere prouidentiam, affirmat Hippocrates: illi vero huic etiam Artis parti vſque adeo operam nauant, vt, ſiquis ſanguinis fluxum aut ſudorem praedixerit, eum et magum et admirabilia contraque opinionem loquentem exclament. Multo minus iidem, ſi praedixerit aliquis, id ſuſtinent: multo minus formam rationis victus ad morbi futurum vigorem conſtituunt, quam ta-

ta.

μὴν κάταςήσαιντο, καὶ μὴν Ἱπποκράτης οὕτως γε διαιτᾷν κελεύει. — Τί δὴ οὖν ἐςὶ τὸ ὑπόλοιπον, εἰς ὃ ζηλοῦσι τ' ἀνδρός; Οὐ γὰρ δὴ τήνδε τῆς ἑρμηνείας δεινότητα, τῷ μέγε καὶ τοῦτο κατώρθωται. τοῖς δ' οὕτω τοὐναντίον, ὥςε πολλοὺς αὐτῶν ἐςὶν ἰδεῖν καθ' ἓν ὄνομα δὶς ἁμαρτάνοντας, ὃ μηδ' ἐπινοῆσαι ῥάδιον. Διόπερ ἔδοξέ μοι ζητῆσαι τὴν αἰτίαν, ἥ τίς ποτ' ἐςὶ, δι' ἣν, καίτοι θαυμάζονται ἁπάντως τὸν ἄνδρα, μήτ' ἀναγινώσκουσιν αὐτοῦ τὰ συγγράμματα, μήτ' εἰ καὶ τῷ τοῦτο παρασαίη, συνίησι τῶν λεγομένων, ἢ εἰ καὶ τοῦτο εὐτυχήσειεν, ἀσκήσει τὴν θεωρίαν ἐπεξέρχεται, βεβαιώσασθαί τε καὶ εἰς ἕξιν ἀγαγεῖν βουλόμενος, εὑρίσκων δὴ καὶ σύμπαντα κατορθούμενα, βουλήσει τε καὶ δυνάμει τοῖς ἀνθρώποις παραγιγνόμενα. θατέρου δ' αὐτῶν ἀτυχήσαντι, τὸ καὶ τοῦ τέλους αὐτῶν ἀναγκαῖον ἀποτυχεῖν. Αὐτίκα γέτοι τοὺς ἀθλητὰς, ἢ διὰ τὴν τοῦ σώματος ἀφυΐαν, ἢ διὰ τὴν τῆς ἀσκήσεως ἀμέλειαν ὁρῶμεν ἀποτυγχάνοντας τοῦ τέλους. Οὕτω δ' ἂν καὶ ἡ τοῦ σώματος φύσις ἀξιόνικος ᾖ, καὶ τὰ τῆς

ἀσκη-

tamen rationem ciborum habendam cenſet Hippocrates. Quid igitur reſtat, in quo virum aemulantur? Nequaquam enim in dicendi grauitate, cuius laudem ille adſecutus eſt: hi vero tantopere eidem contrariantur, vt multos eorum videre liceat in vno verbo bis peccantes, quod ne intellectu quidem facilius. Ideoque inueſtigandam putaui cauſſam, cur iſti, omnino licet virum admirentur, neque tamen legant eiusdem ſcripta, neque, ſi cui forte tale accidit, dicta intelligat, neque, ſin et hoc optato contingat euentu, exercitationi theoriam adiungat, vt confirmet (doctrinam) atque ad habitum perducere ſatagat, dum reperit, eam laudem, quae in quocunque rerum genere ſumma eſt, voluntate nos ſimul et potentia conſequi, vt, quisquis earum altera careat, eum a fine earum fruſtrari ſit neceſſarium. Etenim quidem athletae, aut quia carent innata corporis habilitate, aut ob exercitationis neglectum, finem ſuum conſequi non poſſe videntur. Quodſi autem eadem ratione corporis conſtitutio ſit victoriae di-

gna,

ἀσκήσεως ἄμεμπτα, τίς μηχανὴ μὴ οὐ πολλῷ ἀνελέσθαι τόνδε ςεφανίτας ἀγῶνας;

Ἆρ᾽ οὖν ἐν ἀμφοτέροις οἱ νῦν ἰατροὶ δυςυχοῦσιν, οὔτε δύναμιν, οὔτε βούλησιν ἀξιόλογον ἐπιφερόμενοι, περὶ τὴν τῆς τέχνης ἄσκησιν, ἢ τὸ μὲν ἕτερον αὐτοῖς ὑπάρχει, θατέρα δ᾽ ἀπολείπονται; Τὸ μὲν δὴ μηδένα φύεσθαι δύναμιν ἔχοντα ψυχικὴν ἱκανὴν καταδέξασθαι τέχνην οὕτω φιλάνθρωπον, οὔ μοι δοκεῖ λόγον ἔχειν. ὁμοίου γὰρ τοῦ κόσμου καὶ τότ᾽ ὄντος, καὶ νῦν, καὶ μήτε τῶν ὡρῶν τῆς τάξεως ὑπηλλαγμένης, μήτε τῆς ἡλιακῆς περιόδου μετακεκοσμημένης, μήτ᾽ ἄλλα τινὸς ἀςέρος, ἢ ἀπλανοῦς ἢ πλανωμένου μεταβολήν τινα ἐσχηκότος. Εὔλογον δὲ διὰ μοχθηρὰν τροφὴν, ἣν οἱ νῦν ἄνθρωποι τρέφονται, καὶ διὰ τὸ τὸν πλοῦτον ἀρετῆς εἶναι τιμιώτερον, οὔθ᾽ οἷος Φειδίας ἐν πλάςαις, οὔθ᾽ οἷος Ἀπελλῆς ἐν γραφεῦσιν, οὔθ᾽ οἷος Ἱπποκράτης ἐν ἰατροῖς, ἔτι γενέσθαι τινὰ καὶ τοι τόγε ὑςέροις τῶν παλαιῶν ἡμῖν γεγονέναι, καὶ τὸ τὰς τέχνας ὑπ᾽ ἐκείνων ἐπὶ πλεῖςον προηγμέ-

gna, si exercitatio reprehensione careat, quale impedimentum erit, quominus omnino e certamine coronam ferant?

Num igitur vtriusque rei inopes nostri aeui sunt medici, vt neque potentiam, neque voluntatem satis dignam afferant ad artis exercitationem; an, quum alteram habeant, altera carent? Nunc igitur nasci neminem, qui artis humano generi tantopere inseruientis capax sit pro suis animi viribus, a ratione alienum prorsus mihi videtur: cum mundus idem sit, qui fuit tunc temporis, anni tempora eumdem seruent ordinem, sol circuitus suos nulla ex parte mutatos percurrat, denique quaeque stella siue fixa siue erratica, differentiam nullam sit experta. Rationi autem consentaneum est, tum ob prauam educationem, qua nostris quidem temporibus homines vtuntur, tum ob diuitias virtuti praepollentes, vel qualis Phidias inter marmorum formatores, vel qualis Apelles inter pictores, vel qualis Hippocrates inter medicos, talem hac aetate fieri neminem: quam libet nobis, quibus post an-

μένας παραλαμβάνειν, οὐ μικρὸν ἦν πλεονέκτημα. Τὰ γοῦν ὑφ' Ἱπποκράτους εἰρημένα χρόνῳ παμπόλλῳ, ῥᾷον ἦν ἐν ὀλίγοις τοῖς ἔτεσιν ἐκμαθόντα τῷ λοιπῷ χρόνῳ τοῦ βίου πρὸς τὴν τῶν λειπόντων εὕρεσιν καταχρήσασθαι. Ἀλλ' οὐκ ἐνδέχεται πλοῦτον ἀρετῆς τιμιώτερον ὑποθέμενον, καὶ τὴν τέχνην οὐκ εὐεργεσίας ἀνθρώπων ἕνεκεν, ἀλλὰ χρηματισμοῦ μαθόντα, τοῦ τέλους τοῦ κατ' αὐτὴν ἐφίεσθαι. Φθάσουσι γὰρ ἕτεροι πλουτίσαι πρὶν ἡμᾶς ἐπὶ τὸ τέλος αὐτῆς ἐξικέσθαι. Οὐ γὰρ δὴ δυνατὸν ἅμα χρηματίζεσθαί τε, καὶ οὕτω μεγάλην ἐπασκεῖν τέχνην, ἀλλ' ἀνάγκη καταφρονίσαι θατέρου, τὸν ἐπὶ θάτερον ὁρμήσαντα σφοδρότερον. Ἆρ' οὖν ἔχομέν τινα τῶν νῦν ἀνθρώπων εἰπεῖν, εἰς τοσοῦτον μόνον ἐφιέμενον χρημάτων κτήσεως, εἰς ὅσον ὑπηρετεῖν ἐξ αὐτῆς ταῖς ἀναγκαίαις χρείαις τοῦ σώματος; ἔστι τὶς ὁ δυνάμενος οὐ μόνον λόγῳ πλάσασθαι, ἀλλ' ἔργῳ διδάξασθαι τοῦ κατὰ φύσιν πλούτου τὸν ὅρον, ἄχρι τοῦ μὴ πεινῆν, μὴ διψῆν, μὴ ῥιγοῦν προϊόντος; Καὶ μὴν εἴ τις γ' ἐστὶ τοιοῦτος, ὑπερό-

ψε-

antiquos illos nafci contigit, et ab iisdem artes plurimum prouectas accipere, non minimum fuit damnum. Ab Hippocrate itaque per totam vitae fuae longaeuitatem dicta facillimum erat paucis annis addifcere, et vitae fuperftes tempus in iis, quae arti deerant, inueniendis confumere. At quifquis plus diuitiis, quam virtuti tribuit, artemque, non de hominibus bene merendi, fed quaeftus gratia petit, eum non licet artis finem expetere: quem fi experimus, ante ditefcent alii, quam nos ad id, quod habemus animo, perueniamus. Non enim fimul poffumus et pecuniam congerere et arti tam amplae operam dare, fed, qui alteram vehementius appetit, alteram contemnet neceffe videtur. An igitur noftro aeuo hominum aliquem memorare poffumus, qui tantum opum habere cupiat, quantum fufficit earumdem ad neceffarium corporis vfum? An quisquam exiftit, qui non verbis tantum formare, fed reipfa etiam docere poffit, diuitiarum terminum naturalem, non vltra, quam vt fames, fitis, frigus abfit, progredi? Sed,

fiquis

ψεται μὲν Ἀρταξέρξου τε καὶ Περδίκκου. καὶ τοῦ μὲν οὐδ᾽ ἀν᾽ εἰς ὄψιν ἀφίκοιτό ποτε. τὸν δ᾽ ἰάσεται μὲν, νοσοῦντα νόσημα τῆς Ἱπποκράτεος τέχνης δεόμενον, οὐ μὴν ἀξιώσει γε διὰ παντὸς συνεῖναι, θεραπεύσει δὲ τοὺς ἐν Κρανῶνι καὶ Θάσῳ καὶ ταῖς ἄλλαις πολίχναις πένητας. Ἀπολείψει δὲ Κώοις μὲν καὶ πολίταις Πόλυβόν τε καὶ τοὺς ἄλλους μαθητὰς, αὐτὸς δὲ πᾶσαν ἀλώμενος ἐφέξει τὴν Ἑλλάδα. Χρὴ γὰρ αὐτὸν γράψαί τι καὶ περὶ φύσεως χωρίων. Ἵν᾽ οὖν κρίνῃ τῇ πείρᾳ τὰ ἐκ λόγου διδαχθέντα, χρὴ πάντως αὐτὸν πόλεως γενέσθαι αὐτόπτην, τῆς πρὸς μεσημβρίαν τετραμμένης, καὶ τῆς πρὸς ἄρκτον, καὶ τῆς πρὸς ἥλιον ἀνίσχοντα, καὶ τῆς δυσμάς. Ἰδεῖν δὲ καὶ τὴν ἐν κοίλῳ κειμένην, καὶ τὴν ἐφ᾽ ὑψηλῷ, καὶ τὴν ἐπακταῖς ὕδασι χρωμένην, καὶ τὴν πηγαίοις, καὶ τὴν ὀμβρίοις, καὶ τὴν ἐκ λιμνῶν καὶ ποταμῶν. ἀμελῆσαι δὲ καὶ εἰ μηδ᾽ εἴ τις ψυχροῖς ἄγαν ὕδασι, μήδ᾽ εἴ τις θερμοῖς χρῆται, μήτε νιτρώδεσι, μήτε ξυπτηριώδεσιν, ἤ τισιν ἑτέροις τοιούτοις. Ἰδεῖν δὲ καὶ ποταμοῦ με-

siquis eiusmodi eſt, is et Artaxerxem contemnet et Perdiccam: nec vnquam in conſpectum illius ibit: huic medebitur quidem aegrotanti ſic, vt Hippocratis artem deſideret; non tamen dignabitur, vbique cum eo viuere, ſed curationem pauperum et in Cranone et Thaſo et in aliis oppidis ſuſcipiet. Relinquet autem Cois hominibus et ciuibus ſuis Polybum aliosque diſcipulos, ipſe Graeciam omnem peragrans perquiret. Oportet enim illum ſcribere aliquid etiam de natura regionum. Vt itaque quae ratione didicerat, experientia diiudicare valeat, eum vrbem intueri propriis oculis neceſſe eſt, et eam, quae ad meridiem verſa eſt, et quae ad ſeptentrionem, et quae ad ſolis ortum, et quae ad occaſum: cernere etiam, quae humili loco, quaeue excelſo poſita ſit, quae aquis vtatur, ſiue littoribus maris ſuperfluentibus, ſiue fontanis, ſiue pluuialibus, ſiue ſtagnantibus, ſiue fluuiatilibus, inueſtigare non minus, ſi qua aquis vehementer frigidis, calidisue vtatur, ſiqua nitroſis vel aluminoſis aut eiusdem generis aliis,

con-

μεγάλῳ πρόσοικον πόλιν, καὶ λίμνῃ, καὶ ὄρει καὶ θαλάττῃ. καὶ τ' ἄλλα πάντα νοῆσαι, καὶ περὶ ὧν αὐτὸς ἡμᾶς ἐδίδαξεν. Ὥςε οὐ μόνον ἀνάγκη χρημάτων καταφρονεῖν, τὸν τοιοῦτον ἐσόμενον, ἀλλὰ καὶ φιλόπονον ἐσχάτως ὑπάρχειν. Καὶ μὴν οὐκ ἐνδέχεται φιλόπονον εἶναί τινα, μεθυσκόμενον, ἐμπιπλάμενον, ἢ ἀφροδισίοις προσκείμενον, ἤ, συλλήβδην εἰπεῖν, αἰδοίοις καὶ γαςρὶ δουλεύοντα. Σωφροσύνης γοῦν φίλος, ὥσπερ γε καὶ ἀληθείας ἑταῖρος, ὅγ' ἀληθὴς ἰατρὸς ἐξεύρηται, καὶ μὲν δὴ καὶ λογικὴν μέθοδον ἀσκεῖν, χάριν τοῦ γνῶναι, πόσα τὰ πάντα κατ' εἴδη τε καὶ γένη νοσήματα ὑπάρχει, καὶ πῶς ἐφ' ἑκάςου ληπτέον ἔνδειξίν τινα ἰαμάτων. Ἡ δ' αὐτὴ μέθοδος ἥδε καὶ τὴν τοῦ σώματος αὐτὴν διδάσκει φύσιν· τὴν τ' ἐκ τῶν πρώτων ςοιχείων, ἃ δι' ἀλλήλων ὅλα κέκραται, καὶ τὴν ἐκ τῶν δευτέρων τῶν αἰσθητῶν, ἃ δὴ καὶ ὁμοιομερῆ προσαγορεύεται, καὶ τρίτην ἐπὶ ταύταις, τὴν ἐκ τῶν ὀργανικῶν μορίων. ἀλλὰ καὶ τίς ἡ χρεία τῷ ζώῳ τῶν εἰρημένων ἑκάςου, καὶ τίς ἡ ἐνέργεια. δέον μὲν ἄγειν καὶ ταῦτα

μὴ

contemplari autem insuper ciuitatem vel flumini magno adiacentem, vel stagno, vel monti, vel mari denique, ceteraque omnia considerare, quae nos et ipse docuit. Quare si quis talis futurus est, non modo spernere cum diuitias, sed etiam summo labore atque industria vti necesse est. At non contingit industrium esse quendam, vino obrutum, cibis impletum aut veneri deditum, breuibus, qui pudendis ventrique indulget. Temperantiae igitur amicus et veritatis studiosus verus obseruatur medicus, methodique rationalis studiosus, vt cognoscat, quot genera speciesque sint morborum, vtque in singulis illis, quo pacto sumenda sit indicatio remediorum, intelligat. Haec eadem methodus ipsam corporis naturam docet, et quae ex primis constituitur elementis, quae tota inter se temperata sunt, et quae ex secundis sensibilibus conflatur, quae similaria appellantur, et quae tertium ex partibus organicis expletur; quin etiam, et quae vtilitas ex omni dictarum partium genere et quae actio animalibus est, (quandoquidem et eas non

opor-

μὴ ἀβασανίςως, ἀλλὰ μετ᾽ ἀποδείξεως πεπιςεῦσθαι, πρὸς τῆς λογικῆς δήπε διδάσκεται μεθόδε.

Τί δὴ οὖν ἔτι λείπεται πρὸς τῷ μὴ εἶναι φιλόσοφον τὸν ἰατρὸν, ὃς ἂν Ἱπποκράτες ἀξίως ἀσκήσῃ τὴν τέχνην; Εἰ γὰρ, ἵνα μὲν ἐξεύρῃ φύσιν σώματος, καὶ νοσημάτων διαφορὰς, καὶ ἰαμάτων ἐνδείξεις ἐν τῇ λογικῇ θεωρίᾳ γεγυμνάσθαι προσήκει. Ἵνα δὲ φιλοπόνως τῇ τέτων ἀσκήσει παραμένῃ, χρημάτων τε καταφρονεῖν καὶ σωφροσύνην ἀσκεῖν, πάντα ἤδη τῆς φιλοσοφίας ἔχοι τὰ μέρη, τό τε λογικὸν καὶ τὸ φυσικὸν καὶ τὸ ἠθικόν. Οὐ γὰρ δὴ δέος γε, μὴ χρημάτων καταφρονῶν, καὶ τὴν σωφροσύνην ἀσκῶν, ἄτοπόν τι πράξῃ. Πάντα γὰρ, ἃ τολμῶσιν ἀδίκως ἄνθρωποι, φιλοχρηματείας ἀναπειθούσης, ἢ γοητευούσης ἡδονῆς, πράττεσιν. Οὕτω δὲ καὶ τὰς ἄλλας ἀρετὰς ἀναγκαῖον ἔχειν αὐτόν. — Σύμπασαι γὰρ ἀλλήλαις ἕπονται, καὶ οὐχ οἷόν τε μίαν ἡντιναοῦν λαβόντι, μὴ οὐχὶ καὶ τὰς ἄλλας ἁπάσας εὐθὺς ἀκολεθέσας ἔχειν, ὥσπερ ἐκ μιᾶς μηρίνθε δεδεμένας. Καὶ μὴν ἔιγε πρὸς

oportet inexploratas negligere, ſed demonſtratione perceptas habere) ex illa eadem methodo cognoſcimus.

Quid igitur! an aliquid adhuc reſtat, cur medicus non philoſophus ſit, qui arti operam Hippocrate dignam impendit? Si enim, vt corporis naturam cognoſcat, et morborum differentias et praeſidiorum indicationes, eum rationalem contemplationem exercere oportet. Vt autem in harum rerum ſtudio induſtriam ponat retineatque, diuitias contemnere et temperantia vti neceſſe eſt, eaque ratione iam omnes philoſophiae partes habebit, et logicam et phyſicam et ethicam. Nec vero licet, qui opes contemnit et temperantiam ſeruat, eum turpe quidquam committere. Quidquid enim homines iniuſte conantur, id aut auaritia impellente, aut voluptate incantante perpetrant. Sic et reliquis virtutibus eumdem praeditum eſſe oportet. Siquidem omnes inter ſe connexae ſunt: nec poteſt, qui vnam habet, non ceteras omnes ſtatim ſequentes habere, tanquam ex vno fune reuinctas.

τὴν ἐξ ἀρχῆς μάθησιν καὶ πρὸς τὴν ἐφεξῆς ἄσκησιν, ἀναγκαῖα τοῖς ἰατροῖς ἐστιν ἡ φιλοσοφία, δῆλον ὡς ὅστις ἂν ἰατρὸς ᾖ, πάντως οὗτος ἐστι καὶ φιλόσοφος. Οὐδὲ γὰρ οὐδ' ὅτι πρὸς τὸ χρῆσθαι καλῶς τῇ τέχνῃ φιλοσοφίας δεῖ τοῖς ἰατροῖς, ἀποδείξεως ἡγοῦμαί τινος χρήζειν, ἑωρακότες γε πολλάκις, ὡς φαρμακεῖς εἰσιν οὐκ ἰατροί. καὶ χρῶνται τῇ τέχνῃ πρὸς τοὐναντίον ἢ πέφυκεν, οἱ φιλοχρήματοι. Πότερον οὖν ὑπὲρ ὀνομάτων ἔτι διενεχθήσῃ καὶ ληρήσεις ἐρίζων, ἐγκρατῆ μὲν καὶ σώφρονα, καὶ χρημάτων κρείττονα, καὶ δίκαιον ἄξιον εἶναι τὸν ἰατρὸν, οὐ μὴν φιλόσοφον. καὶ φύσιν γιγνώσκειν τῶν σωμάτων, καὶ ἐνεργείας ὀργάνων, καὶ χρείας μορίων, καὶ διαφορὰς νοσημάτων, καὶ θεραπειῶν ἐνδείξεις. οὐ μὴν ἠσκῆσθαί γε κατὰ τὴν λογικὴν θεωρίαν; ἢ τὰ πράγματα συγχωρήσας, ὑπὲρ ὀνομάτων αἰδεσθήσῃ διαφέρεσθαι; Καὶ μὴν ὀψὲ μὲν, ἄμεινον δὲ νῦν γοῦν σωφρονήσαντά σε, μηδ' ἢ καθάπερ κολοιὸν ἢ κόρακα περὶ φωνῶν ζυγομαχεῖν, ἀλλ' αὐτὴν τῶν πραγμάτων σπουδάζειν τὴν ἀλή-

Si igitur, vt et artem initio intelligant, et eamdem deinde exerceant, philoſophia medicis neceſſaria eſt, haud dubium videtur, ſiquis medicus eſt, eumdem eſſe et philoſophum. Non enim illud demonſtrationem deſiderare arbitror, ſi quis arte medica probe vſurus ſit, ei opus philoſophia eſſe, quum non deſint, quos tam pecuniarum cupidos ſaepe videamus, vt venefici non medici ſint, artemque in contrarium ſcopo eiusdem abuſum detorqueant. Num itaque iam de nominibus certabis, nugisque contendes, vt temperatum, continentem, diuitias infra ſe ducentem iuſtum eſſe debere medicum dicas, non tamen philoſophum? eumdemque corporum naturas cognoſcere, inſtrumentorum actiones, partium vſus, morborum differentias, curationumque indicationes, non tamen operam theoriae rationali dediſſe? an rebus conceſſis, te contendere de ſolis nominibus pudebit? At ſero quidem: ſatius tamen, vti iam reſipiſcas, nec vt graculus, aut coruus, de vocibus contendas, ſed in inquirenda rerum veritate operam con-

ἀλήθειαν. Ὀυ γὰρ δὴ τῦτο γ' ἂν ἔχοις εἰπεῖν, ὡς ὑφάντης μέν τις, ἢ σκυτοτόμος ἀγαθὸς ἄνευ μαθήσεώς τε καὶ ἀσκήσεως ὐκ ἄν ποτε γένοιτο. δίκαιος δέ τις ἢ σώφρων, ἢ ἀποδεικτικὸς, ἢ δεινὸς περὶ φύσιν ἐξαιφνίδιον ἀναφάνησεται, μήτε διδασκάλοις χρησάμενος, μήτ' αὐτὸς ἐπασκήσας ἑαυτόν. Ἔι τοίνυν καὶ τῦτ' ἀναίσχυντον, καὶ θάτερον ού περὶ πραγμάτων ἐςὶν, ἀλλ' ὑπὲρ ὀνομάτων ἐρίζοντος, φιλοσοφητέον ἡμῖν ἐςὶ πρότερον, εἴπερ Ἱπποκράτυς ἀληθῶς ἐσμὲν ζηλωταὶ, κἂν τῦτο ποιῶμεν, ὐδὲν κωλύει, μὴ παραπλησίυς, ἀλλὰ καὶ βελτίυς αὐτῦ γενέσθαι, μανθάνοντας μὲν, ὅσα καλῶς ἐκείνῳ γέγραπται, τὰ λείποντα δ' αὐτὺς ἐξευρίσκοντας.

consumas. Non enim habes, cur sutorem bonum aut textorem, sine disciplina aut exercitatione quemquam effici posse neges: iustum vero aliquem aut temperantem, aut demonstrationis peritum, aut rerum naturae gnarum repente apparere dicas, quamquam neque doctoribus, neque sui ipsius exercitatione sit vsus. Itaque si hoc impudentiae est, illud hominis non de rebus, sed de nominibus altercantis, certe nos primum studium debemus in philosophiam conferre, si vere Hippocratis aemuli esse volumus; quod si fecerimus, nihil impediet, quo minus nec similes solum sed meliores etiam eo fiamus, si cognitis iis, quae ab illo bene scripta sunt, reliqua ipsi inueniamus.

